



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

De probatione, & præsumptione possessionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

ne propter tanti temporis vium, & vim, quam habet immemorialis prescriptio. Imo fortassis etiam scientia necessaria sit, eadem presumetur ex tanti temporis vium, simul & aliquot coniecturis, quæ huic præsumptioni suffragantur. secundum Saly. in l. auctoritate. C. vnde vi. versic. quare de quest. facti. Decium conf. 185. colum. 6. Aymonem in tract. de antiq. temp. 4. part. 1. c. 15. Nam & hi qui communem sententiam veram esse censet, facillime admittent hanc assertionem: licet contrarie opinionis auctores premitant, non tantum fore neccitiam scientiæ allegationem: sed etiam eius probacionem. vnde vtilis semper erit scientiæ allegatio etiam in his præscriptionibus, quarum tempus memoriam hominum excedit: quod si ea probari poterit, controuersia cessat: sin autem non probetur, obseruandum erit, quæ opinio ex his iustiorum habeat causam.

§. PRIMVS.

De probatione & præsumptione possessionis.

S Y M M A R I A.

1. Olim possessor, hodie possessor præsumitur.
2. Confessio præterite possessionis, an inducat presentis possessionis præsumptionem.
3. Olim possessor, an præsumatur hodie post decennium possidere.
4. Olim possessor, an præsumatur hodie possidere, quoad interdictum, vnde vi.
5. Possessio, an sufficiat ad præscriptionem.
6. Possessio quandoq; habet plurimum iuris, quandoq; plurimum, facti, & huius distinctionis examinatio.

**H**actenus tractauimus de possessione, quæ ad præscriptionem necessaria est: modo superest de probatione possessionis agere. Nam olim præsumitur, hodie possessor præsumitur. gl. Bart. & Doct. in l. sue possideatis. C. de prob. Notat Pan. in c. accedentibus de priuileg. Ant. Abb. & alii in c. cum ad sedem de restit. spoliat. Rota in nouis 120. Alex. conf. 133. colum. 2. lib. 1. Bart. in l. Celsus. ff. de vsu ap. Et inibi Bald. in 4. part. q. 1. quorum Opinio Communis est, vt constat ex Ripa in c. cum ecclesia de caus. poss. & propriet. 23. & Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. Et probatur ex eo quod amissio possessionis semel acquisita consistat in animo: animi vero mutatio nunquam præsumitur. maiores §. 1. de baptismo. l. sancimus. C. de testamen. quamuis Dinus in regul. semel malus de reg. iuris in 6. ad fin. multis rationibus probare conatur olim possessorem non præsumi nunc possidere. Sed & communis sententia probatur in c. colum. in 3. de restit. spoliat. quæ ad hoc commendat Panorm. ibi. & in c. olim in 1. colum. 5. cod. tit. & in cap. cum ecclesia de caus. poss. & propriet. colum. 4. Est tamen ea opinio intelligenda, modo presens etiam possessio allegata fuerit: alioqui præsumptioni locus non est, secundum Bart. & alios modo citatos, qui huic limitationi accesserunt, ea ratione, quod præsumptio iuris procedens à facto proprio allegari debeat omnino. l. si adulterum cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adul. Bart. num. 14. in l. cum quid. & ibi Doct. ff. si cert. petat. Abb. & Felin. in cap. afferre de præsumptio. qua ratione, & alijs auctoribus nuncupatis adductis hanc limitationem, quæ itidem frequentiori Doctorum calculo recepta est, examinaui in c. 3. quomodo §. 11. de testa. col. 3. quo in loco ea, qua potui diligentia expendi Regiam l. 10. tit. 14. par. 3. quæ in hac materia singularis est. tandem communis opinio Doctorum in praxi admittenda erit: tametsi Alexand. consil. 133. l. 1. & Burgenfis in c. peruenit. colum. 2. de empt. & vend. tenuerint, non esse necessariam allegationem presentis possessionis. Premissa tamen communi sententia, si allegatio presentis possessionis prætermissa fuerit: tunc probatur continua possessio eo ipso quod presentis temporis & antiqui probatur possessio. Nā probata possessione temporum extremorum, initii quidē & finis, præsumitur ipsa possessio medio tempore continua. gl. in c. volumus. 16. q. 4. & in c. cum ecclesia de caus. possel. & proprii. Felin. in proemio Gregoriano colum. vlt. Abb. in d. cap. cum ad sedem de restit. spoliat. Balb. in d. l. Celsus 4. par. q. 1. Alciat. in d. reg. 2. præsumpt. 22. post Bart. in eadem l. Celsus. colum. pen. eundem in lib. sicut. ff. qui. b. med. pig. vel hypot. solua. idem adnotauit gl. in d. l. de iureiur. in verb. immediatus. quorum sententia communis est. siquidem probatis extremis, media præsumitur. cap. inter dilectos. & inibi Abb. & Felin. de fide instr. c. accedens. vbi gl. de conuers. coniugat. gl. pen. in verb. sine speciali. & ibi Imol. in cap. ex. parte. in 3. de restit. spoliat. lib. talis scriptura. vbi Bald. ff. de legat. 1. Ceterum possessio præsens, modo allegata sit, præsumitur, non tantum, quando per veram probationem constat allegantem olim possidisse: sed vt vbi ex aduersarij confessione apparet hęc antiqua possessio: textus singul. in cap. præterea, in 2. de transact.

vbi si monachi confiteantur se olim fuisse subditos, condempnantur tanquam si de presenti confessi essent. gl. ad idem in l. certum. §. 1. ff. de confesj. qua alleuerat, præsumi fundū hodie actoris esse, si reus confiteatur eum olim actoris fuisse, nisi reus probet eundem fundum modo actoris non esse: quam glossam ita intellexere Dynus, Albert. Cumanus ibi. Baldus in dict. cap. præterea. Alciatus in reg. 2. de præsumpt. 12. Quamuis Anto. & Imola in 2. de lib. oblat. Felin. in c. scribam de præsumpt. col. vlt. distinguere velint assertionem factam in libello ab ea, quæ sit confessio, vt tandem in assertionem libelli obtineat prædicta præsumptio: non in confessione, quæ stricte est accipienda nec extensionem patitur in præiudicium, vel damnum ipsius confitentis, vt sensit decisio Rotæ in nouis 325. Etenim hæc restrictio falsa est. nam textus in dict. cap. præterea. in confessione loquitur. Imo & si quis confiteatur actorem olim dominum fuisse: at neget hodie dominum esse minime videtur fateri actoris intentionem: nec damnabitur vt confessus, sed interim, dum non probauerit actorem hodie dominum non esse, habet actor præsumptionem iuris ex veteri dominio per eum concessio: quod expressim Baldus eleganter adnotauit in l. vna. Cod. de confesj. num. 89. sensit idem in l. si qua dem. C. de transact. sentere Dynus, Albericus, & Cuman. in d. l. certum. §. sic intelligentes glossam ibi. idem obiter docuit Alciatus, in d. præsumpt. 12. num. 2. versic. possenti concordari. glossam in d. l. certum. dum contrariam sententiam quibusdam probare videtur, tantum asserit non posse reum confitentem dominum præteriti temporis condemnari, vt confessum: nõ tamen negat ex ea confessione deduci præsumptionem iuris ad dominium presentis temporis, nisi contrarium probetur. Hæc vero, quæ diximus de probatione possessionis, continuæ ad præscriptionem per præsumptionem præterite possessionis, procedunt quod ad decennium tempus, eiusque præscriptionem: nam ad probandum præscriptionem viginti, vel triginta annorum, oportet probari extremitatem, & initium cuiuslibet decennij, quemadmodum visum est Matthesillano, notat. 117. Cui accessere Felin. in cap. inter dilectos. de fide instrum. 2. colum. Francif. Balb. in d. l. Celsus. 4. par. quest. 1. Ripa in d. c. cum ecclesia. nu. 23. Quibus ea suffragatur ratio, quod animus, quo possessio retinetur, non præsumitur durare ultra decennium. l. furum. & l. fundi. ff. de vsu ap. l. peregre. ff. de acquir. possel. vnde ultra decennium progredi nõ debet præsumptio continuæ possessionis, quæ procedit à præsumptione animi adhuc durantis: sicut dictum est in princ. huius §. Ad idem facit quod ciuilis possessio, à qua præscriptio procedit, non præsumitur ultra decem annos durare, & continuari segregata quidem à naturali. dict. l. peregre. quod gl. in specie voluit in l. 1. c. de seru. fugit. quam dixit ling. Franc. in d. reg. sine possessione. notant. Bar. in dict. leg. Celsus. col. 3. & ibi Balb. idem in tract. de præscrip. in vlt. part. 3. par. princip. Felin. in c. vigilanti. de præscrip. n. 6. & 7. Alciat. in d. præsumpt. 21. n. 12. Iaf. in l. sancimus. C. de testa. idē in l. clam. possidere. §. qui ad nund. nar. n. 19. ff. de acquir. possel. Bart. in l. si de co. §. si forte. ff. de acquir. possel. idem Bart. & Bal. & Salyet. in d. l. 1. & Dynus in regula sine possessione. col. vlt. de reg. iur. optime Curt. Senior. conf. 24. vnde apparet veram esse opinionem Matthesillani: vt quidam opinantur. Andreas tamen Alciatus in d. reg. 2. præsumpt. 22. aduersus Matthesillanū indistincte censet priorem sententiam veram esse: & præsumi olim possessorem, & hodie possidere, etiam post decem aut viginti annos: & præterea probata possessione extremorum, per idem tempus continuationem possessionis præsumi: ad cuius opinionis & questionis resolutionem ego arbitror sententiam Matthesillani magis communem esse. deinde cenfeo contraria defendi posse, & forsitan esse veriorum. Nam vbi possessio ciuilis sola per aliquem retinetur absque naturali, eadem possessio non durat ultra decennium, quia ad id vlt. tempus, animus, quo solo hæc possessio ciuilis retinetur, durare præsumitur: atque ita hæc in specie Dynus, Accurs. Bart. & alij loquuntur: nempe vbi constat, quæ olim ciuilis solam habuisse naturali amissa: etenim eo casu olim possessor, hodie possessor præsumitur, modo tempus non transierit maius, longiusve decennio: tametsi per quod tempus præsumatur obliuio, iudicis arbitrio relinquendum sit, iuxta gl. in d. l. furum. ff. de vsu ap. Cuius Opinio Communis est, secundum Socin. conf. 2. lib. 3. col. 3. At si confet, olim quandam possidisse naturaliter, & ciuilitate præsumendum erit, eandem possessionem ciuilem quidem & naturalem per eum continuo tempore obtentam fuisse, & ita modo possidere ciuilitate, & naturaliter. Et ideo in hac specie



specie cum non tractemus de ea tantum possessione, quæ animo retinetur: nihil refert transierint decem, an viginti anni, cum præsumatur naturaliter & ciuiliiter cõtinuo possedisse eum, qui olim, vt constat, naturalem & ciuilem possessionem habuit, nec apparet naturalem recentem ciuili amississe: quod etfi breuiter satis sentit Alciat. in d. præsumpt. 22.

Ex his demum infertur quid dicendum sit hac in questione quoad interdictum, vnde vi. Etenim apertissimi iuris est, vt locum obtineat interdictum, vnde vi. & spoliatus sit ante omnia restituendus, necessarium esse quod agens eo interdicto probet se possedisse, & spoliatum fuisse tunc cum possideret. text. celebris in l. interdict. autem. ff. de vi & vi arma. & in e. suborta. de re iud. gl. est Communis in colim. in 1. de restit. spol. in verb. restit. gl. in e. cum ad sedem. eod. tit. Dec. optime in conf. 125. tex. in c. consultationibus. de offic. deleg. Sufficit tamen allegare hanc possessionem illius quidem temporis, quo spolum contingit. & probare spoliatum olim possedisse: nam ex eo præsumitur & tempore spoliationis adhuc possessionem habuisse secundum Communem Opinionem, quam in hoc §. adnotauimus: sed in specie ita responderunt Abb. & Imo. in d. c. ad sedem. Rota in nouis. 124. Abb. in c. olim. in 3. de restit. spol. per text. inibi, qui hoc expressim probat. idem Abb. in c. cum ecclesia. col. 4. de caus. possess. idem in d. c. suborta. qui censet in eodem capite hanc opinionem probari: quam esse communem faterur, eam secutus Alciat. in d. reg. 2. præsumpt. 31. ad fin. Idem asserunt Imola in d. c. cum ad sedem. & Ripa in d. c. cum ecclesia. num. 23. quæ quidē sententia satis probari videtur in d. c. olim. vbi est huius opinionis autoritas probatissima, & in d. cap. suborta. Etenim si tex. in d. l. 1. §. interdictum autem. ibi tunc maxime refragetur: ex quo Oldrad. conf. 1. col. 1. gl. in d. c. cum. ad sedem. Curt. Senior conf. 70. col. 2. adnotarunt fore necessariam probationem possessionis illius temporis, quo spoliatio contingerit. Quibus responderi poterit, satis hanc possessionem probari præsumptione iuris ex eo, quod probata fuerit præteriti temporis possessio, nec probatum fuerit contrarium: sicut paulo ante explicuimus.

Sed expressim quod ad interdictum, vnde vi, nõ sufficiat hæc iuris præsumptio, imo sit necessaria probatio possessionis eo tempore, quo spoliatio contingerit, tenent Innoc. in c. qualiter in 2. de accusat. Lopus allegat. 52. Aret. in §. quadrupli. de actionib. num. 26. Ripa in d. c. cum ecclesia. per text. inibi, nu. 32. Anto. Ruben. conf. vltim. col. 2. Mihi sane communis opinio potior videtur ob eius autoritatem: & quia spoliati facillimum erit hanc iuris præsumptionem eludere per contrariam probationem: si vere spoliatus agens interdicto, vnde vi, non possidebat tempore spoliationis. Non obstat tex. in d. c. cum ecclesia. cum ibi non probetur esse necessarium quod proximis, & vltimis electionibus quis interfuerit, vt sit in quasi possessione eligendi. Nam etfi gloss. id asserere videatur, nec ad quasi possessionem acquirendam iuris eligendi requiruntur tres electiones, quod præcedenti §. adnotauimus, nec oportet probari, quod quis vltimè electioni affuerit: si quidem præsumitur continua quasi possessio ex eo, quod prioribus præsens fuerit: modo non constat vltimè electioni, cum commode possit, nõ interfuisse: quod est maxime obseruandum. Quin & in interdicto vi possidetis, vera est cõmunis opinio, ita quidem, vt olim possessor præsumatur hodie possessor: quod notat Bald. in l. 1. n. 12. C. vii possidet. Paul. Cast. in l. non ignorabit. C. ad exhib. Alex. conf. 88. n. 3. & n. 30. lib. 5. nec obicit tex. in §. quorum. Inst. de interdict. vbi probatur in interdicto retinendæ necessariam esse probationem possessionis tempore litis contestationis: quasi necessaria sit eius temporis possessio. nam si tex. vel eum intellectum habet, vt ex probatione præteritæ possessionis, & allegatione possessionis obtentæ litis contestationis tempore possessio præsumatur, iuxta communem sententiam: vel est intelligendus Iustitiani locus in rebus corporalibus: non incorporealibus, in quibus satis erit probare possessionem certi temporis & proximi, ante litem motam: vt explicat Ioa. Faber. in §. retinendæ. n. 23. Inst. de interdict. Etenim fat erit: hæc probatio, vt actor obtineat in hoc interdicto, vi possidetis. idq; forsitan alibi opportunius tractabitur. Et sane Matth. Afflic. decis. 394. scribit. Regij prætorij iudicio communem sententiam in controuersia, vi possidetis. etiam in rebus corporalibus. receptam fuisse, vbi aduersarius non probaret se medio tempore possedisse, vt tandem satis sit sufficiens probatio possessionis tempore turbationis. præsumitur enim ex eo possessio tempore contestationis litis.

Verum, etfi ad prescriptionem possessio necessaria, sit nec sufficiat detentio: tamen secundum materiam subiectam testium responsa interpretanda iunt. Nam si testis de cõditore agens responderit, eum possedisse: hæc responsio non ad veram possessionem, sed ad detentionem referenda est. At si extra istum casum testis responderit Titium rem detinuisse: ea detentio ad possessionem erit referenda. gl. op. in c. Pontificis. 7. q. 1. Abb. in c. cum ad sedem. de restit. spol. a. n. 21. Imo. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. Alex. post alios in l. spoliatus. ff. de hac quoq; de verb. oblig. vnde oportet aduertere omnino ad testium responsa, vt ea intelligantur inspecta testis pertinetione, quæ in ea provincia obtinuit.

De possessione ficta, & quæ legis tantum humane vim & autoritatem habet, dubiũ est, an sufficiat & sit conueniens initium prescriptionis. Rom. etenim in sing. 410. tenet eam non sufficere. idem probat Fel. in c. illud. col. vlt. de prescript. Balbus in tract. de prescript. 3. par. princ. in fine. sed gl. in c. conuictus de delictis & conuictis. quam ibi Dd. Communiter sequuntur, tenet, possessionem, cuius text. ille meminit, sufficere ad prescriptionem, si possessor bonam fidem habeat, nec definit ea, quæ ad prescriptionem alioqui necessaria sunt. Quod probatur ex eo, quia possessio acquisita ministerio tantum legis ciuilis, vel canonice, aut consuetudinis absq; actu corporeo, vera tantum possessio est, nec quoad effectus differt à vera possessione naturali quidem, & ciuili: sicuti à nobis traditum est l. 3. vlt. in res. res. cap. 5. & probat tex. elegans in d. c. conuictus. Quo fit, vt nisi aliud humana lege statutum fuerit, plane dicendum sit, fictam possessionem, id est, actu ficto acquisitam ministerio legis tantum, ad viuacationem vel prescriptionem sufficere, modo adin alia administracula, quæ iure ad perfectam prescriptionem requiruntur. Atque ita apud me dubia est Rom. sententia: veriorq; contraria opinio apparet ex his quæ modo diximus. Imò à iure ciuili multa statuta sunt circa possessionem: quæ ad prescriptionem requiruntur, ex quibus apparet non semper propriam, & veram possessionem requiri. Cuius rei testimonium nobis exhibet. l. 1. §. scanola. ff. qui testis. lib. esse ius. sue. qua respõsum est hereditate iacentem non possideri. Et tamen hæc hereditas iacens quo ad effectum prescriptionis, cõsetur possessione à defuncto captâ continuare, & obtinere. l. capta. & l. nunquã. §. vacuã. & l. iusto. §. nondum adita. ff. de vlt. nec ista possessio in heredem transit secundum Bart. & alios in l. cum heredes. in princ. ff. de acquir. possess. Hæc vero possessio, quæ à iure constituitur apud hereditatem iacentem, hunc præter alios effectum habet: tamen si impropria sit satis: nec ficta dici valet: cum sit impossibilis possessionis cõtinuatio per hereditatem iacentem, quæ animo & corpore caret: quod explicat Zasius lib. 2. singul. responsio. cap. 27. vnde mirum non erit, quandoque fictã & impropriam possessionem ad prescriptionem sufficere: atque ita hæc accipiens hereditatem, & possessionem rerum eiusdem, prescriptionem cõtinuatioem quadam possessionis perficiat, & perficere potest modo possessio illa per alium medio tempore captâ non fuerit: sicuti ab omnibus adnotatum extat.

Eadem fere ratione licet tignum domini coniunctum vere non possideatur à domino domus. l. cum qui ff. de vlt. cap. l. qui vniuersus. in princ. ff. de vlt. cap. tamen tignum istud viuacatur, si tempore, quo domui, vel edificio additum fuerit, pauca dies ad viuacationem perficiendam defecerint. l. rerum viuacatur. ff. de vlt. cap. cuius responsi rationem eam esse Dyn. in d. regula. si possessio colum. 2. Bar. & Dd. in d. l. rerum mixtura. cõsent. quod pauci dies viuacationi deficiant tempore, quo possessionis cõtinuatio cessat. Fortassis verior est ratio ad responsum Iurisconsulti, in d. l. rerum mixtura §. labeo. quod licet proprie, & vere non possideatur tignum illud separatim: tamen cum ipsa domo, vel edificio, cui adiunctum est, simul videtur possideri: vt explicant Cuman. in d. l. 3. §. labeo. ff. de acquir. possessio. idem in l. qui fundum. §. 1. ff. pro empt. Imo. & Beatus in l. si quis pro emptore. ff. de vlt. cap. Balb. in tract. de prescript. 3. par. 6. par. princ. quest. 1. limitat. 3. quam vis Iasoni in d. l. si quis pro emptore. nu. 54. displiceat hæc interpretatio ad Iurisconsulti responsum in d. l. rerum mixtura.

Postremo illud obseruandum est quod possessio quatuor doq; habet plurimum facti, nempe quando in ea acquirenda principaliter factum, intercedit: quippe quæ corpore ipsius possidentis acquiratur. Et hæc aliquid iuris habet: quia non restitit, nec eam reprobat, vnde tacitam habet iuris probationem: & quia ministerio iuris per absentem retinetur.

